



SS. INNOCENTIUM

Feast of the Holy Innocents or Childermass

INTROIT *Psalm 8:3.*

Ex ore infántium, Deus, et lacténtium perfecísti laudem propter inimicos tuos. Ps 8:2 Dómine, Dóminus noster: quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra! V. Gloria Patri... Ex ore infántium...

Out of the mouths of babes and of sucklings, O God, You have fashioned praise because of Your foes. Ps 8:2 O Lord, our Lord, how glorious is Your name over all the earth! v. Glory be... Out of the mouths of babes...

COLLECT

Deus, cujus hodierna die præcónium Innocéntes Mártyres non loquendo, sed moriendo conféssi sunt: ómnia in nobis vitiórum mala mortífica; ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

O God, Whose praise the Innocents, Your martyrs, this day proclaimed, not by speaking, but by dying, put to death in us all the wickedness of sin, so that Your faith which our tongue professes may be proclaimed also by our life. Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who livest and reignest with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, one God, world without end. R. Amen

Pro Octava Nativitatis

Concéde, quaesumus, omnípotens Deus: ut nos Unigénititui nova per carnem Nátivitas liberet; quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

For Octave of the Nativity

Grant, we beseech You, almighty God, that the new birth, in the flesh, of Your only-begotten Son may deliver us whom the bondage of old keeps under the yoke of sin. Through the same Jesus Christ, thy Son, Our Lord, Who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Ghost, God, world without end. R. Amen.

EPISTLE *Apoc 14:1-5*

Léctio libri Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli. In diébus illis: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo centum quadragínta quatuor mília, habéntes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis. Et audívi vocem de coelo, tamquam vocem aquárum multárum, et tamquam vocem tonítrui magni: et vocem, quam audívi, sicut citharoerórum citharizántium in cítharis suis. Et cantábant quasi cánticum

In those days, I saw the Lamb standing upon Mount Sion, and with Him a hundred and forty-four thousand having His name and the name of His Father written on their foreheads. And I heard a voice from heaven like a voice of many waters, and like a voice of loud thunder; and the voice that I heard was as of harpers playing on their harps. And they were singing as it were a new song before the throne, and before the four living creatures and the elders; and no one

novum ante sedem, et ante quattuor animalia, et seniores: et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quattuor milia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo, et Agno: et in ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

R. Deo gratias

GRADUALE *Psalm 123:7-8*

Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium. V. Laqueus contritus est, et nos liberati sumus: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit coelum et terram. TRACT Effuderunt sanguinem sanctorum, velut aquam, in circuitu Jerusalem. V. Et non erat qui sepeliret. V. Vindica, Domine, sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est super terram.

SEQUENCE

Celsa pueri concrepent melodia,
Eja, innocentum canentes tripudia,
Quos infans Christus hodie vexit ad astra.
Hos trucidavit frendens insania
Herodianae fraudis ob nulla crimina
In Bethlehem ipsius cuncta et per confinia,
A bimatu et infra juxta nascendi tempora.
Herodes rex Christi nati verens infelix imperia,
Infremit totus, et erigit arma superba dextera,
Quaerit lucis et caeli Regem cum mente turbida,
Ut extinguat, qui vitam praestat, per sua jacula.
Dum non valent intueri lucem splendidam
nebulosa quaerentis pectora,
Ita fervet, fraudes auget Herodes saevus, ut
perdat piorum agmina.
Castra militum dux iniquus aggregat; ferrum
figit in membra tenera;
Inter ubera lac effundit, antequam sanguinis
fierent coagula.
Hostis naturae natos eviscerat atque jugulat.
Ante prosternit quam aetas parvula sumat
robora.
Quam beata sunt Innocentium ab Herode caesa
corpuscula.
Quam felices existunt matres, quae fuderunt
talia pignora.
O dulces Innocentium acies! O pia lactentium
pro Christo certamina!
Parvulorum trucidantur millia, membris ex

could learn the song except those hundred and forty-four thousand, who have been purchased from the earth. These are they who were not defiled with women; for they are virgins. These follow the Lamb wherever He goes. These were purchased from among men, first-fruits unto God and unto the Lamb, and in their mouth there was found no lie; they are without blemish before the throne of God.

R. Thanks be to God.

We were rescued like a bird from the fowlers' snare. V. Broken was the snare, and we were freed. Our help is in the name of the Lord, Who made heaven and earth. They have poured out the blood of the saints, as water, round about Jerusalem. V. And there was none to bury them. V. Revenge, O Lord, the blood of thy saints, which hath been poured out upon the earth.

*Let the [choir-]boys now intone together a solemn melody,
Lo, singing for the feasts [literally: the wild dances, an allusion to the boys' festival] of the innocents, Whom the Christ child today drew up to heaven. Those butchered the raging madness Of Herod's lies, for no fault of their own. In Bethlehem and throughout all its district, Those born two years ago or less. Hapless King Herod feared the rule of the new-born Christ, he began to rage fully, and stretched out weapons with an insolent right hand. With a perturbed mind he searched for the King of light and heaven, To extinguish with his spear him, who bringeth life. Because the heart of him, who searched darkness, could not behold the splendid light, Savage Herod, boiling of rage, increased his misdeeds, to root out the throngs of the pious. The unjust leader assembleth several garrisons and fixeth iron into tender limbs. He poureth out milk between the paps, before the blood congeals. The enemy of nature disembowels and strangles the new-born, He throws them down before their tender age can acquire any strength. How blessed are the small bodies of the Innocents, hewn by Herod, How happy will the mothers come forth, who had given birth to these promises [The Innocents' reception into heaven is a promise for us]. O sweet battle-line of Innocents, O pious fights of the*

teneris manant lactis flumina.

Cives angelici veniunt in obviam, / mira victoria
vitæ captat præmia turba candidissima.

Te, Christe, petimus mente devotissima / nostra
qui venisti reformare sæcula, innocentium
gloria

Perfrui nos concedas per æterna.

suckling-children for Christ.

*Thousands of small children had been butchered, and
rivers of milk were flowing from their tender
limbs.*

*The Angels, their fellow-citizens, came to meet them,
/ in a wondrous victory the most brightly shining
crowd graspeth the prize of life.*

*Thee, O Christ, we beg with a most pious mind; /
thou, who hast come to renew our age, grant that
we may enjoy the glory of the Innocents For ever*

GOSPEL S. Matthew 2:13-18

Sequëntia sancti Evangélii secundum
Matthæum. In illo témpore: Angelus Dómini
appáruit in somnis Joseph, dicens: Surge, et
accipe Púerum et Matrem ejus, et fuge in
Ægýptum, et esto ibi, usque dum dicam tibi.
Futúrum est enim, ut Heródes quærat Púerum ad
perdéndum eum. Qui consúrgens accépit
Púerum et Matrem ejus nocte, et secéssit in
Ægýptum: et erat ibi usque ad óbitum Heródis:
ut adimplerétur quod dictum est a Dómino per
Prophétam dicéntem: Ex Ægýpto vocávi Fílium
meum. Tunc Heródes videns, quóniam illúsus
esset a Magis, irátus est valde, et mittens occídit
omnes púeros, qui erant in Béthlehem et in
óm nibus finibus ejus, a bimátu et infra,
secúndum tempus, quod exquisierat a Magis.
Tunc adimplétum est, quod dictum est per
Jeremíam Prophetam dicéntem: Vox in Rama
audíta est, plorátus et ululátus multus: Rachel
plorans filios suos, et nóluit consolári, quia non
sunt. R. Laus tibi, Christe!

CREDO in Unum Deum, Patrem omnipoténtem,
factórem coeli et terræ, visibílium ómnium et in
visibílium.

Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium
Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia
saecula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum
verum de Deo vero. Génitum, non factum,
consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta
sunt. Qui propter nos hómínes et propter nostram
salútem descéndit de coelis. Et incarnátus est de
Spíritu Sancto ex María Vírgine: Et homo factus
est. Crucifixus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto
passus, et sepúltus est. Et resurréxit tértia die,
secúndum Scriptúras. Et ascéndit in coelum: sedet
ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum
glória judicáre vivos et mórtuos: cujus regni non
erit finis.

Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et
vivificántem: qui ex Patre procedit. Qui cum Patre

*At that time, an angel of the Lord appeared in a
dream to Joseph, saying, Arise, and take the
Child and His mother, and flee into Egypt, and
remain there until I tell you. For Herod will
seek the Child to destroy Him. So he arose, and
took the Child and His mother by night, and
withdrew into Egypt, and remained there until
the death of Herod; that what was spoken by the
Lord through the prophet might be fulfilled, Out
of Egypt I called My Son. Then Herod, seeing
that he had been tricked by the Magi, was
exceedingly angry; and he sent and slew all the
boys in Bethlehem and all its neighborhood who
were two years old or under, according to the
time that he had carefully ascertained from the
Magi. Then was fulfilled what was spoken
through Jeremias the prophet. A voice was
heard in Rama, weeping and loud lamentation;
Rachel weeping for her children, and she would
not be comforted, because they are no more.*

R. Praise be to Thee, O Christ.

*I believe in one God, the Father almighty, Maker
of heaven and earth, and of all things, visible and
invisible. And in one Lord Jesus Christ, the only
begotten Son of God. And born of the Father,
before all ages. God of God: Light of Light: true
God of true God. Begotten, not made,
consubstantial with the Father, by whom all
things were made. Who, for us men, and for our
salvation, came down from heaven. And became
incarnate by the Holy Ghost of the Virgin Mary:
and was made man. He was crucified also for us,
suffered under Pontius Pilate, and was buried.
And the third day He rose again according to the
Scriptures. And ascended into heaven, and sitteth
at the right hand of the Father. And He shall
come again with glory to judge both the living
and the dead, of whose kingdom there shall be no
end. And in the Holy Ghost, the Lord and Giver of
Life, proceeding from the Father. Who together,*

et Fílio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas. Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum. Et vitam ventúri saeculi. Amen.

with the Father and the Son, is adored and glorified: Who spoke by the prophets. And in one, holy, Catholic and Apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I look for the resurrection of the dead. And the life of the world to come. Amen.

OFFERTORY Psalm 123:7

Anima nostra, sicut passer, erépta est de láqueo venántium: láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus.

We were rescued like a bird from the fowlers' snare. Broken was the snare and we were freed.

SECRET

Sanctórum tuórum, Dómine, nobis pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet, et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dominum...

Let not the gracious prayer of Your saints fail us, O Lord, but may it make our offerings acceptable to You and obtain for us Your mercy. Through our Lord...

Pro Octava Nativitatis

Oblata, Dómine, múnera, nova Unigéniti tui Nativitáte sanctífica: nosque a peccatórum nostrorum máculis emúnda. Per eúndem Dóminum nostrum...

Make holy the sacrificial gifts we offer, O Lord, and by the new birth of Your only-begotten Son cleanse us from the stains of our sins. Through our Lord...

PREFACE de Nativitate Domini

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut, dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amorem rapiámur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni milítia coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes: Sanctus, sanctus, sanctus...

It truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, for through the Mystery of the Word made flesh, the new light of Thy glory hath shone upon the eyes of our mind, so that while we acknowledge God in visible form, we may through Him be drawn to the love of things invisible. And therefore with Angels and Archangels, with Throne and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying: Holy, holy, holy...

COMMUNION Matth 2:18.

Vox in Rama audita est, plorátus, et ululátus: Rachel plorans filios suos, et nóluit consolári, quia non sunt.

A voice was heard in Rama, weeping and loud lamentation; Rachel weeping for her children, and she would not be comforted, because they are no more.

POSTCOMMUNION COLLECT

Votíva, Dómine, dona percépimus: quæ Sanctórum nobis précibus, et præséntis, quaesumus, vitæ páriter et ætérnæ tríbue conférre subsidiúm. Per Dominum...

We have partaken, O Lord, of the dedicated gifts: may they, we beseech You, help us through the intercession of Your saints both for this life and life eternal. Through the Lord...

Pro Octava Nativitatis

Præsta, quaesumus, omnípotens Deus: ut natus hodie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor; ita et immortalitátis sit ipse largítor: Qui tecum vivit...

Grant, we beseech You, almighty God, that the Savior of the world, born this day, Who is the author of our birth in godliness, may bestow on us immortal life. Who livest...